℞. *Ungt. camph. alb. vel*
rubr. ℥j.
Ol. Philos. ℥ß.
Misc. detur ad pyx. ut quotidie aliquoties inungatur.

℞. *Empl. de Ran. Vig. cum 4druplo*
Mercur. ℥j.
Malax. Oleo dest. Succin. inducatur linteo expanso, & applicentur emplastra quotidie renovanda.

CAPUT XVII.

De Anodynis, Paregoricis, Narcoticis, Hypnoticis.

§. 1.

Anodynorum definitio.

QUum in Machinâ humanâ nihil frequentius occurrat, imò fortè nihil magis eandem affligat, quàm *Dolor* à variâ partium læsione contingens, Mortalium fermè primæ curæ fuisse videntur, ea invenire *Remedia*, quæ Dolori quomodocunque mederi, & inde inquietatam Machinam ad dulcem quietem reducere possent. Hæc autem Medicamina, quæ Dolorem quomodocunque sistere, spiritusque animales in partium læsione incommodè motos, ad dulcem quietem revocare valent, *Anodyna*, vel *Paregorica*, aut si simul somnum inducant, *Hypnotica*, *Narcotica* vocantur.

Modus agendi.

§. 2. Cùm autem dolor præcipuam originem trahat, à contristato sensu Tactûs in hac vel illa parte nervosâ, aut membranaceâ, sive internâ, sive externâ: cumque tristem hanc sensationem ea omnia inferant, quæ unitatem fibrarum nervearum sive lacerando, sive pungendo, sive mordicando,

sive

ſive contundendo, ſive denique diſtendendo lædere, hincque ſpiritus animales in certos motus impetuoſos ſuſcitare poſſunt, ea demum Remedia in cenſum *Anodynorum* referenda venient, quæ vel læſioni partis ſtatim mederi, vel turbatos ſpiritus demulcere, & ad priſtinos naturales motus reducere apta ſunt.

§. 3. Materia proin, è quibus *Anodyna* & *Paregorica* conſiſtere debent, ferè eſt *ſulphureo balſamica*, ſicuti enim Salia ſuis ſpiculis plerumque dolores excitant, ita Sulphurea, quæ illa ſalium ſpicula in ſeſe abſorbent, & inviſcant, Cauſæ dolorum erunt contraria, ſicque vera *Anodyna*. Talia autem occurrunt, vel ſub nomine *Emollientium*, inprimis *mucilaginoſorum*, quæ præſertim externè ſuum præſtant ſalutarem effectum, atque ejuſmodi exiſtunt *Radices Conſolidæ*, *Althææ*, *Malvæ*, *Herbæ emollientes omnes*, *Portulacæ*, *Brancæ urſinæ*; *ut & Hyoſcyami*, *Solani*, *Nicotianæ*, *Scrophulariæ*, *Cicutæ*, *Linariæ*, *Verbaſci*, *Cynogloſſi*, *Flores Meliloti*, *Chamomillæ*, *Verbaſci*, *Papaveris omnis*, *Fructus ficûs*, *Paſſulæ majores*, *Lac*, *Butyrum*, *Axungiæ* & *Seva* quæcunque, *Medulla Oſſium*. Quibus adde *Plantarum* recenſitarum *Olea*, item *Semina frigida majora ac minora*, *ut & Semen Papav. alb. Amygd. dulc.* &c.

Materia.

Mucilaginoſa, demulcentia.

§. 4. Sed & ad *Anodyna* referre licet, quæ humores alicubi ſubſiſtentes & coagulatos reſolvunt, ac ad debitam circulationem reducunt, quemadmodum ſunt, quæ ſali acido reſiſtunt, ac viſciditatem attenuant atque diſcutiunt, hinc è *Reſolventium* ac *Diſcutientium* Tabulâ meritò petenda, ſale nimirum volatili oleoſo multum prædita, hæc enim videmus, exterius ſaltem applicata, pungitivos partium Dolores, à flatibus, aut ſero acri ſtagnante oriundos, demulcere & abigere, vel etiam

Spirituoſa diſcutientia.

etiam Inflammationes alicubi natas promptè dissipare.

Nervina. §. 5. Sed huc etiam referenda veniunt *Nervina, roborantia*, ut & *Discutientia gummatosa* atque *mercurialia*, qualia è Tabulâ *cephalicorum* & *nervinorum* huc trahenda; sed quòd probè notandum, *narcoticis* semper pro rei necessitate miscenda. Hinc Formulæ tales esse poterunt, in diversis Dolorum speciebus utiles, v. gr.

Formulæ Paregoricorum.

℞. *Aqu. Fænic. Lactuc.*
Meliss. ana ℥j.
Spir. C. C. ʒß.
Essent. Opii liquid. gutt. xii.
Syr. Rub. idæi ℥ß.
M. d. ad Vitr. Sumatur ij. dosibus mane & noctu, in Dolore Dentium, vel Cephalalgiâ.

℞. *Amygd. dulc. rec. excort.*
Semin. Melon.
Cucumer. ana ʒij.
Card. ben.
Papav. alb. ana ʒj.
Aq. Fumar. Plantag.
Scabios. ana ℥iiß.
F. l. a. Emulsio, cui adde
Syr. anodyn. ʒvj.
Antim. diaph.
C. C. ph. ppt. ana ʒß.
M. d. ad Vitr. pro iij. *dosibus, spatio hor.* xxiv. *sumendis.* In Nephritide, Diarrhœâ, Tenesmo, similibusque aliis Doloribus.

℞. *Ungt. de Alth.* ℥j.
Ol. Hyoscyam expr.
Laurin. ana ʒiij.

dest.

deſt. Bacc. Junip. ʒj.

M. d. ad Oll. Et partes dolentes ob ſerum ſalſum ſtagnans, quòd *frigidam Defluxionem* appellare ſolent, inde inungantur. Vel

℞. *Ungt. de Alabaſtr.*
popul. ana ʒj.
Ol. Sem. Papav. alb. expr.
Hyoſcyam.
Nuciſt. expr. ana ʒß.
deſt. Rutæ
Roſmar. ana gtt. vj.
Opii aceto ſolut. ℈ß.

M. d. ad Pyxidem, pro inungendis temporibus, & Vertice, in Cephalalgiâ & Hemicraniâ.

℞. *Herb. Chamom. Malv.*
Alth. Menth.
Calam. Abſynth. ana Mj.

Inc. coqu. in Lact. vacc. q. ſ. quo fomententur partes dolentes.

℞. *Micæ pan.* Mij.
Vitell. Ovor. num. ij.
Croci ʒj.

Cum Lact. ſ. Cataplaſma, dolentibus partibus calidè applicandum.

§. 6. Quod jam *Somnifera* ſive *Narcotica* in ſpecie attinet, qualia nimirum ſomnum plus minus blandum vigilantibus inducere dicuntur, ea omnia in talem cenſum, ſive claſſem referri debent, quæ ſpiritus animales quomodocunque ligare, aut impedire valent, quo minusè Cerebro in genus nervoſum, hincque in muſculos ſufficienti copiâ influant. Faciunt autem hoc primò ea, quæ ſerum in Maſſâ ſanguineâ augent, ſimulque particulas ſanguinis in rapido & æſtuante motu conſtitutas compeſcunt, & ad pacatiorem motum invitant; Qua- *Hypnotica & Narcotica.*

Refrigerantia.

lia ſunt potus largior *Aquæ fontan.* aut *Aquarum deſtillatarum refrigerantium*, v. gr. *Lactucæ, Portulacæ, Nymphææ*, &c. Huc refer *Emulſiones*, ex *Seminibus frigidis cum Aquis prædictis paratas*, ut & *Epithemata frontalia*, ex *Aquâ Roſarum, Verbenæ, Anethi, Hederæ terreſtris, Florum Sambuci, Solani* aut *Pulegii*, non omiſſo *Aceto rutaceo*, vel *roſaceo* concinnata. Tandem & *Pediluvia*, ex *Decoctione Foliorum Quercûs, Vitis, Salicis, Capitum Papaveris, & Calicum Roſarum, Furfuris* atque *Cinerum* facta.

§. 7. In ſpecie tamen magis Spiritus ligant animales, vel eorum ſaltem proventum atque influxum ſufficientem præpediunt ſpirituoſi ora, quæ pollent *ſulphureo ſalinis* particulis, ſerum ſanguineum facilè fundentibus, atque in vapores narcoticos ſolventibus. Hujuſmodi exiſtunt in Claſſe Alimentoſorum *Cereviſia*, *Vinum*, *Spiritus Vini*, *Succi Arborum*, aut *Fructuum* nonnullorum *inebriantes*, quique adeo largis hauſtibus poti animum omni curâ evacuant, & blandum plerunque ſomnum inducunt. Inprimis autem hûc referenda ſunt *Crocus, Papaveracea, Opiata* cautè ſumta, *Theriaca* tam *Andromachi* ordinaria, quàm ejuſdem *Extractum*, ſub nomine *Theriacæ cœleſtis, Eſſentia Opii liquida, Laudanum opiatum, Electuarium Diaſcordii, Requies Nicolai, Pilulæ de ſtyrace, de Cynogloſſâ, Syrupus Papaveris albi, Anodynus, Philonium Romanum, Mithridatium, Damocratis*; unde Formulæ tales, ad ſtuporem & ſomnum blandum ſuſcitandum, nobis probatæ ſunt:

Formulæ Hypnoticorum.

℞. *Aq. Lactuc.*
Portulac. ana ℥ij.
Syr. anod. ℥j.

M. d.

M. d. ad Vitr. pro dosi nocturnâ, horâ somni capiendâ. Vel

℞. *Aqu. Endiv. Cichor.*
Fragar.
Papav. rhead. ana ℥j.
Syr. de Nymph.
Papav. alb. ana ℥ß.
Ess. Opii Liqu. gutt. iiij.
M. d. ad Vitr. pro dosi ut suprà. Vel

℞. *Nucl. Persicor.*
Semin. 4. *frig. maj.*
Lactuc. ana ʒj.
Aq. Plantag.
Lactuc. ana ℥ij.
Acetosæ
Rosar. ana ℥j.
F. l. a. Emuls. cui adde
Syr. Papav. alb. ℥j.
D. ad Vitr. pro dosi nocturnâ. Vel

℞. *Sem.* 4. *frig. maj. ana* ʒiß.
Citr. Lactuc. ana ʒj.
Aq. Endiv. Taraxac.
Portulac. ana ℥ij.
Rosar. ℥j.
F. l. a. Emulsio, cui adde
Syr. de Nymph. ℥iß.
Ther. cœl. gr. vj.
M. d. ad Vitr. pro unâ, vel ij. *dosibus.* Vel

℞. *Amygd. dulc. rec. excort.*
Semin. Melon. Cucurb. ana ʒj.
Papav. alb. ʒij.
Aq. Acetos. Cichor.
Lactuc. ana ℥j.
Nymph. ʒvj.
F. l. a. Emulsio, cui adde

Julep. rosac. ℥vj.
M. d. ad Vitr. pro dosi, ut suprà. Vel
℞. *Conserv. Ros. rubr.* ℥j.
Antimonii diaphor. ℈ß.
Cinnab. Ant. gr. iij.
Laudan. opiat. gr. j.
Cum Sacch. f. Bolus pro dosi. Vel
℞. *Theriac. Androm.* ℥j.
Ocul. 69. ppt. ℈j.
Semin. Lactuc. ℈ß.
Cum Sacch. F. Bolus pro dosi. Vel
℞. *Elect. diascord. Frac.*
de Requie Nicol. ana ℥ß.
Ebor. ppt. ℈j.
Cum Sacch. f. Bolus pro dosi.
℞. *Antimon. diaphor.*
Succin. alb. ppt. ana ℈ß.
Laudan. opiat. gr. j.
M. f. Pulv. subt. d. ad ch. pro dosi. Vel
℞. *Cran. human. ppt.*
Bol. Armen. ppt. ana gr. viij.
Cinnab. nativ. opt. gr. iiij.
Laudan. opiat. gr. j.
M. *f. Pulv. subt. pro dosi.* Vel
℞. *Semin. Papav. alb.* ℈j.
Ocul. 69. ppt. ℈ß.
Ol. destill. Lavendul. gutt. j.
Sacch. cand. alb. gr. xii.
M. f. Pulv. subt. pro dosi. Vel
℞. *Extract. Cent. min.*
Helen. ana gr. iij.
Laudan. opiat. gr. j.
Ol. stillat. Maj. gutt. j.
M. f. l. a. Pil. Num. iiij. *inauratæ dentur pro dosi.* Vel

℞. *Extract.*

℞. *Extract. Betonic. gr.* iiij.
Croc. gr. ij.
M. P. de Cynogloss. gr v.
Ol. stillat. Succin. gutt. j.
M. F. Pil. num. vj. *pro dosi.* Vel
℞. *Theriac. cœlest. gr.* vj.
Extract. Betonic. gr. iij.
Castor. gr. ij.
Ol. stillat. Majoran. gutt. j.
M. f. l. a. Pilul. num. vij. *inauratæ dentur pro dosi.* Vel
℞. *M. P. è styrac.* ℈ß.
Ol. stillat. Meliss. gutt. j.
M. F. l. a. Pil. Num. v. *inauratæ d. ad chart. pro dosi.*

CAPUT XVIII.

De Remediis Sanguinem Sistentibus, sive Ischæmis.

§. 1.

Ischæmatum definitio.

ISchæma, sive *Sanguinem Sistentia Remedia* ea appellari solent, quæ sanguinem undecunque copiosius è vasis profluentem cohibere, sicque vasa præternaturaliter aperta, erosa, lacerata, aut aliàs hiantia obserare valent. Ex quo patet, destinari hæc medicamina Hæmorrhagiæ cuicunque, ubi sanguis, quâ datâ portâ, sive è Naribus, sive è Pectore per Hæmoptoën, sive è Ventriculo per Vomitum, sive ex Alvo per Fluxum hepaticum, Hæmorrhoidalem aut Dysentericum, sive è Renibus per Fluxum urinæ cruentum, sive ex Utero per Hæmorrhagiam uterinam, sive denique è Vulneribus profluat.